UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio XXI. Quare appellatur Christus, hoc est, vnctus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

Cor.3, 11. *Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere.* At poteſt ſuperædificare, *præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.* um, ſed noſtram infirmitatem & indignitatem.

QVÆSTIO XXX.

Creduntne igitur illi in vnicum ſummum Seruatorem *Ieſum, qui à Sanctis, aut à ſe aut aliunde felicitatem aut ſalutem quærunt?*

*Non. Etſi †quidē, *tamen †aut *non †aut

Resp. * *Ita.* Etenim verbo, † eo Seruatore gloriantur, & re ipſa * *non* abnegant vnicum *ſummum* Seruatorem Ieſum. Neceſſe eſt enim, † & Ieſum * eſſe perfectum Seruatorem[a], † & qui eum Seruatorem vera fide amplectuntur, eos omnia in ipſo poſſidere, *mediate vel immediatè*, quæ ad ſalutem requiruntur[b].

a Col.1,19,20. Col.2,10. b Ioh.1,14. Ioh. 1,16. Heb.7,25.

a Col.1, v.19,20. *Vt ſit in omnibus ipſe Primatum tenens: quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare; & per eum reconcilians omnia in ipſum, pacificans per Sanguinem Crucis eius ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt.* Col. 2.10. *Eſtis in illo repleti, qui eſt Caput omnis Principatus & Poteſtatis.*

Resp. a Primatui ad ſaluandum non derogat interceſſio Sanctorum plus, quam Principatui Miniſterium famulorum. Facta horum tribuuntur illi.

b Ioh. 1,14. *Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.* 16. *Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.* Heb. 7. 2. *Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt accedentes per ſemetipſum ad Deum, ſemper viuens ad interpellandum pro nobis.*

Resp. Cum hiſce ſtat ſalua Sanctorum Interceſſio; non quæ ſit de abſoluta neceſſitate medij neceſſaria, vt primariò ſaluans per ſe; ſed vtilis ſit vt adiuuans, non De-

---

DOMINICA XII.

QVÆSTIO XXXI.

Quare appellatur Chriſtus, hoc eſt, vnctus?

Resp. Quod à patre[a] ordinatus[b], & Spiritu Sancto vnctus ſit,[c] ſummus propheta ac doctor[d], qui nobis arcanum conſilium & omnem voluntatem patris de redemptione noſtri patefecit[e]; & ſummus pontifex[f], qui nos vnico ſacrificio *cruento* ſui corporis redemit[g], *nunc quoque pretium redemptionis per S. Sacramenta nobis applicat*, ac aſſiduè pro nobis apud patrem intercedit[h], & Rex[i], qui nos ſuo verbo[k] & ſpiritu *in Eccleſia ſua ſub viſibili Capite* gubernat, & partam nobis ſalutem tuetur ac conſeruat[m].

a Act.4.27. b Luc.4.18. ex Eſa. 61.1. Act. 2.36. c Heb.1.9. ex Pſ. 45.8. Act.10.38. d Act. 3.22. ex Deut.18.15. Mat.17.5. e Io.15.18. Ioh. 15.15. f Pſal.110.4. Hebr.5.1. g Hebr.10,10. Heb.10.4. h Rom.8.34. i Pſal.2,6. Ioh.18, 27. k Pſ.110.2. Pſ.119,105. l Pſal. 143.10. Ioh. 16.7.13. m Ioh.10.27.

QVÆSTIO XXXII.

Cur verò tu Chriſtianus appellaris?

Resp. Quod per *Baptiſmum* & fi-